



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

2. De eadem ex parte Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

MEDITATIO II.

Degrauitate peccatorū, ex parte Christi pro peccatis mortui.

CONSIDERA tantam esse peccatorum nostrorum grauiratem, ut filium Dei de celis in hanc terram traxerit, & ad carnem humanā assumendam in qua pro iis expiandis pati posset commouerit. Nam cum malitia peccati lethalis sit infinita, ipso contra bonitatem Dei infinitam, non potuit nisi satis factio[n]e infinita delezi. Vnde vel infinita p[un]ea toleranda erat, quæ in creaturam finitam conuenire nequit, vel tempore infinito, sicut huius damnati in inferno, vel infinitæ dignitatis persona substituenda, quæ actione aliqua infiniti meriti Deo satisficeret; cuiusmodi fuit persona Christi, q[uod] hoc negotiū ex incredibili suo amore erga salutem nostram suscepit. 2. Considera inde consequi, sicut peccatoris sua peccata in inferno sedem parant, & sicut furi parat sua fura supplicium, sic peccata cuiusque nostrum Christo humanam carnem assumendi, & moriendi necessitatem attulisse.

CONSIDERA Christum, ut peccatum nostrum, quæ in humeros suos suscepit,

Ff 2.

450 MEDITATIONES DE

cepit, grauitas magis eluceret, non solum vitam duxisse laboribus & afflictionibus plenissimam, sed etiam mortem sustinuisse omnium acerbissimam consumeliosissimamque, quo nō solum infinitatem culpe, infinita satisfactione, (quod fieri poterat vna gutta sanguinis, uno gemitu, una oratione, uno actu caritatis) plenē expiat, sed etiam absolutissimo iustitiam modum, id est, atrocissimo cruciatus & pena expiat.

3. C O N S I D E R A , non inde magnitudinem peccati extenuari, quod non pro unius solius, sed totius mundi peccatis Christus tam atrocia passus sit, sed potius declarat passionis virtutem. Ut enim si Solis huic clarissimi solus lucem & calorem percipias, nō magis tibi soli ille lucebit, quam si eius splendore & ardore cū ceteris mortalibus perfruaris: vtque non minus hominem occidas, si solus eum gladio confodias, quam si decem alios ad cædem faciendum tibi adiungas, sic vnum peccatum mortale tuum, ad quod expiandum necessaria erat passio filii Dei, non est minor causa passionis Domini, quam si cum reliquis peccatis totius mundi cogiteur coniunctum. Nec minus utilitatis nobis

adfer-

DE
on solum
ctionibus
ustinuile
ueliosissi-
atem cul-
sieri pot-
mitu, va-
ne expa-
titia mo-
1 & pena
agitudi-
n pro tuis
s Christus
s declarari
olis huic
em perci-
bit, quam
ceris mor-
minus ho-
adio con-
cædem fa-
um pecca-
xpiandum
on est mi-
am si cum
cogiterur
atis nobis
adferit

PECCAT. GRAVITATE. 458

adferit passio Christi pro totius mundi pec-
catis susceptra, quam si pro te solo eandem
suscepisset.

MEDITATIO III.

Degrauitate peccatorum ex parte dæmo-
num, quia eis maximè placent.

ONSIDER A, inde quoque cognosci
peccati, maximè mortalis fæditatem,
& ideo magnopere esse fugiendum, quod
nihil æquè exhilaret antiquum nostrum
hostem diabolum: quod ex tribus signis
colligitur. Primum est, quia in tota rerum
natura non aurum, non argentum, nō la-
pides pretiosos, nō cibi potusùe lautitias
querit, sed tantum animas, quemadmo-
dum in Genesi adumbratur, ubi dicit rex Gen.
Sodomorum in persona diaboli. *Da mihi 14.*
animas, cetera tolle tibi. Ita enim B. Grego-
tius exponit. Animas autem capere nō po-
test, nisi laqueo peccati lethalis. Quam
autem anima semel esca peccati capta ex-
hilareret dæmonem, B. Anselmus declarat *Lib.*
exemplo pueri, qui filo alligatam auicu- Simi-
lam manu retinet & si quādo laxato fune lium.
longius auolare eam permittat, tamē ilii. c. 189.
cocum magno gaudio & risu retrahit.

F 2 CON-